BREVIARIUM SALISBURGENSE
Salzburg, um 1475 Seite 175v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



a vobis volo discere Ex operibus
legis spiritum accepistis an ex
auditu fidei Sic stulti estis
ut cum spiritu ceperitis nunc carne
consumamini Tanta passi estis
sine causa si tamen sine causa
Qui ergo tribuit vobis spi
ritum et operatur virtutes in vo
bis ex operibus legis an ex au
ditu fidei Sicut abraham
credidit deo et reputatum
est ei ad iusticiam Cognosci
te ergo quia qui ex fide sunt
hii sunt filii abrahe Prui
dens autem scriptura quia ex fi
de iustificat gentes deus
prenunciauit abrahe quia bene
dicentur in te omnes gentes
Igitur qui ex fide sunt bene
dicentur cum fideli abraham
Quicumque enim ex operibus legis
sunt sub maledicto sunt
Scriptum est enim Maledictus
omnis qui non permanserit in
omnibus que scripta sunt in
libro legis ut faciat ea
Quoniam autem in lege nemo
iustificatur apud deum manifes
tum est quia iustus ex fide
viuit Lex autem non est ex fi
de sed qui fecerit ea viuet in
illis Xpus nos redemit de

maledicto legis factus pro
nobis maledictum quia scriptum
est maledictus omnis qui pen
det in ligno ut in gentibus
benedictio abrahe fieret in
xpo ihu ut pollicitacionem
spiritus accipiamus per fidem confres
secundum hominem dico tamen hominis con
firmatum testamentum nemo
spernit aut super ordinat
Abrahe dicte sunt promissi
ones et semini eius Non di
cit et seminibus quasi in mul
tis sed quasi in vno et semini
tuo qui est xpus hoc autem di
co testamentum confirmatum
a deo que post quadringen
tos et triginta annos fac
ta est lex non irritum facit
ad euacuandum promissionem
Nam si ex lege hereditas
iam non ex promissione Abra
he autem per repromissionem dona
uit deus Quid igitur lex propter
transgressiones posita est do
nec veniret semen cui promi
serat ordinata per angelos
in manu mediatoris Medi
ator autem vnius non est Deus
autem vnus est Lex ergo ad
uersus promissa dei Absit
Si enim data esset lex que